

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Opera

P. 1-3 nebst Inventarium

Gerson, Jean

[Straßburg], 1488

Quomodo et an liceat in causis fidei a papa appellare ad concilium

[urn:nbn:de:bsz:31-300759](#)

Considerationes duodecim

14

¶ Alterum dum citatus pro leui superfluo etiam suspitione / iudicialiter renuit coparere / vel respondere / et amplius si sit presumptio vehementer aut violenta et hec si milititer ostitur et iuris fictione. ¶ Alterum est pertinaciam signum / dum quis asserit et defendit errorum / cuius oppositam veritatem tenet et explicita fidei tenere. ¶ Tenetur. Inquit vel ex publica observatione / vel ex communione doctrina ecclesie / vel ex officio seu statu suo vel ex informatione sufficienti / vel ex naturali iudicio rationis / quemadmodum quilibet caput ratiōnē tenet et explicite credere neduz articulos fidei si sit christianus / sed etiam principia legis naturalis / que sunt de primis impulsionibus et inscriptiōib⁹ in delib⁹ / vel sūi p̄cepta decalogi / recepta fīm planū et visuātū intellectū apud oēs viētes ratione. Non depravata in qua cungs legē. ¶ Alterum pertinacie signū dū quis veritatem fidei nedū non querit causa solitudine / sed declarationes eius impedit ne veniat ad lncē / maxime si consiliū fidei speciale vel generale p̄ter hoc in se vel i suis impecdit / directe vel indirecte molestat atq; per sequatur. ¶ Alterum pertinacie signū dū quis veritatem eccle docētes seu determinantes odore se monstrant / et prole q̄ verbis atq; factis etiam si dicat seu protestetur se velle tenere quod ecclesia tenet vel determinabit / et p̄paratus est stare iuri / quia si facta contradicunt hoc ē equitas simulata / que duplex est iniqūtas solent etiam quantumlibet hereticū taliter protestari / se catholicos esse qd̄ eos ab heresi nō excusat zc. ¶ Alterum pertinacie signum / dum quis negat veritatem q̄ prius docuit / vel confessus est nec est probabile q̄ sit etiam oblitus / quoniam fīm iura p̄mo dictio credi debet. ¶ Alterum pertinacie signum / dum quis petit declarationē veritatis a peritis doctorib⁹ seu iudicibus que p̄facta est nibilominus repudiat nulla penitus assignata ratione. ¶ Alterum pertinacie signum / dum quis potens cōmouet seditiones / suscitat bella in populis et regnis / ideo quia facta est aliquiūs veritatis catholice declaratio vel erroris reprobatio zc. ¶ Alterum pertinacie signum / dum quis iurat se male mori / quoniam contra honorem suum quicq; permittere fieri / vel errorem aliquem reuocare / ponit enim obicē prime atq; veritati. ¶ Alterum pertinacie signum / dum quis

souet errantem et defendit iudicaliter vel extra iudicaliter sciens nibilominus / aut scire debens hunc errare. ¶ Alterum pertinacie signum / dum quis non resistit erroribus dum potest et debet / debet inq; vel ex officio sicut iudex / vel ex fraternali caritate sicut vniuersi / quoniam agentes et consentientes fīm apostoli / pari pena puniuntur / consentiunt autem qui alios dum posunt (yt dicit canon) ab errore non renocari. Deniq; ista latius declarat ockam quartā parte primi dialogorū fīm que signa poterit applicatio particulariter fieri tc.

¶ Epliciunt duodecim considerationes. Fīm totidem signa quibus solet aliquis de pertinaciā notari vel conuinci / circa maiestram heretice prauitatis / premittendo q̄ lis sit pertinacie diffinitio vel oratio.

Incipit tractatus

magistri Jobannis de Herson. quomodo et an licet in causis fidei / a summo pontifice appellare / seu eius iudicium declinare.

Oferitur vtrūz hec assertio / sit catholicā. Nam iure diuinū promulgato atq; etiam humano / quibus facta crorum canonum autoritas innititur. nulli fas est a supremo iudice videlicet apostolica sede seu romano pontifice / iesu christi vicario in terris / appellare. aut illius iudicium in causis fidei / que tanq; maiores ad ipsum et sedem apostolicam deferebuntur declinare. Arguitur q̄ sic auctoritate sanctissimi domini Martini papae quinti / in sua constitutione ad perpetuam rei memoriam / facta et promulgata in consistorio generali celebrato Constan̄. sexto m̄chi / pontificatus sui anno primo. vbi reperitur hec assertio sicut dicitur et videatur in canonuz littera manifeste fundari.

An liceat in canis fidei

Arguit in oppositum primo autorita te determinationis sive constitutio nis generalis concilij Constan tini, que deter minatio nis ratio mil pliciter facta est et practicata, et specialiter in sessio ne publica, celebrata die sexta aprilis anno: D. CCC. LV. quae sic ha bet inter cetera. Et primo declarat quod ipsa sancta sinodus in spus sancto legitime con gregata, generale concilium facies et ecclesi am catholicam militante representas, praetem a christo immediate habet cui quilibet cuiuscumque status vel dignitatis enas si papalis existat, obedire tenet in his quod pertinet ad fidem et ecclipsationem dicti scismatis ac generali re formationi eccl. et dei in capite et in membris. Item declarat quod cumque cuiuscumque status vel dignitatis erit si papalis existat, quod mandatis statutis seu ordinatio nibus aut precepis huius sancte sinodi, et cuiuscumque alteri concilii generalis legitime congregari, super missis seu ad ea pertinentib[us] facies vel facies dis obedire contumaciter contempseris, nisi res pueris codigne penitentie subiiciantur et debite puniantur. Ecce ad alia iuris subsidia si op[er]a fuerit recurrendo. Deinceps arguit rationibus ducendo ad inconvenientia manifesta contra ius diuinum pariter et humanum.

Equere enim primo quod papa non subiaceat legi diuinae vel euangelice quod generaliter absque omni exceptione promulgata est a christo. Matth. xviii, dum loqueretur ad personam petri sicut tradit ecclesia et circu[m]stantia tecum satas indicat. Si peccauerit in te frater tuus, sequitur dic ecclesie quod si ecclesia non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus et. Hoc autem sequens est erroneum manifeste, quoniam papa est frater noster. Alioquin non deberet dicere pro nobis, si non simus fratres ipse et nos. Sed habebet dicere pater meus, vel pater mihi. Sed nec cardinales nec episcops fratres appellare deberet. Denique constat quod est primus noster et ex consequenti frater non obstat quod pater sit. Est insuper papa peccabilis, quoniam circumdat est infirmitate, sicut nota ad 2 Cor. quinto.

Equere secundo quod paulus egisset contra ius diuinum et humanum, dum restitu per in facie, hoc est publice et coram ecclesiis congregatis, sicut habebat ad Galatas viii. Nec enim resistentia non fuit minor prouocationis pauli contra petrum, quam fuisse appellatio ad ecclesiam, immo fuit equiualeenter appellatio. Unde et si petrus desistere noluit

set, fuisset ab ecclesia condenandus. Constat autem quod petrus erat summus pontifex, et finis doctores confirmatus in fide et gratia post penthecostem. Propterea dicitur quod petrus non errabat in fide, nec hereticabat, sed tantummodo nimis dissimilatiter se habebat circa observationem legalium, dicebat ideo paulus quod non recte ambulabat ad veritatem euangelium, et quod reprehensibilis erat. Et quibus palam elicitur quod summus pontifex qui succedit petro in apostolatu, reprobandi potest publice per doctorum theologum, qui in officio predicationis succedit paulo, etiam ubi non hereticaret vel erraret in fide. Et hoc similiter elicitur generalius et inconcubilis et auctoritatem, prima allegata. Si peccauerit in te frater tuus, quemadmodum pluribus in sacro Constance, concilio latissime deductus est in sermonibus publicis et multipliciter scripturis, quorum copie sunt apud multos.

Equere tertio quod papa quiete mem brum corporis ecclesie sicut homines alii si scandalizaret totum corpus ipse non esset rescindendus, ut totum corpus sanctificaret, contra doctrinam christi euangelicam fundatae in similitudine iuris naturalis. Da thei, xviii, cum glossis et determinacionibus doctorum in materia de scandalo, se fundatum in hac lege diuina et naturali.

Equere quartu[m] quod petrus summus pontifex non debuisset compelli reddere rationem ab apostolis et fratribus qui erant in iudea, quia visitauerat cornelium gentilem, cuius ramen oppositum dicitur esse. Actuum, xi, cum adisset petrus bethesolymam, ibi erat ecclesia, discipulabatur aduersus illum qui erant ex circumcisione dicentes, quare introisti ad viros prepunum habentes et manducasti cum illis, et statim subiugitur obedientie petri responsio, datus in hoc successoribus suis formam debite humilitatis, quam ex parte eius epistole sive pro me, ca. iii. Parati inquis semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, que in vobis est fide et spe. Quod si in destructione fidei summus aliquis pontifex vobis superbiens nollet hoc facere, constat quod a fratribus equi possit accusari sicut et penitentia.

Sequitur quinto quod alicui iniuriato per papam sicut potest evenire, et in corpore, et in membris, immo et in fama, circa ea que fidei sunt, non pataret in casu dubiali aliqua defensio vel grauamis subleuatio

qd est xtra ius naturale.cui ius diuinum
no repugnat. **P**ater tñ sequentia dato ca-
su tali vñ simili. **H**ic Petri qd pdicet coram
papa et multitudine populi copiosa: qd xp̄s
fuit verus prophet. inbeatit papa qd detru-
dat in carcere. eo qd pdicat istam veritatem.
Sentiat petri qd si appelle ad xcelium ge-
nerale summis fido se eidem. qd populus pre-
get eum nec scandalisabitur in doctrina eius.
Iz manebit in recta fide: qd xp̄s fuerit verus p-
pheta. si autem non appellauerit. populus repu-
tabit qd papa verus dicat et bene faciat. et ita
deseret fidem cum pdicatore suo. **Q**ueris in
casu si petri dicere poterit xcelium appello:
quemadmodum paulus timens a sediciois oc-
cidi. clamauit cesarem appello. **N**ac autem
materia latissime et studiosissime psecutus
est et fundauit okam in dialogo suo. cui lo-
li autoritati non optet inniti. quanvis fue-
rit egregius theologus. Iz innundatum est ratio-
nibus suis: p quanto robur et autoritate acci-
piunt a sacra scriptura. cuiustemptus cum
suis professoribus: sepe duxit et ducebat in errores

Equereſ ſexto: q̄ in nullo caſu
papa poſſet iudicari: vel depo-
ni p̄ generale cōciliū: q̄ ſtūc in q̄
criminoſ ſeffet vel ſcandalofuſus
ecclie. patet pſequētia. qm̄ ex oppoſito ſe-
quiſ oppoſitum. **S**i enim papa p̄t iudicari
v̄l deponi p̄ generale cōciliū. ip̄e poterit de-
nunciari per aliquē vel aliquos corā cōci-
lio pſenti v̄l futuro. **D**ui ſi velit grauamē
inſerre talib⁹ denūciare volētib⁹. nōne po-
terunt ipſi ſe ponere extra man⁹ ſuas vel
potestatē: ne de facto grauet eos ſe oppri-
mat in iuſte. **H**auit facere eſt vere ſe equalen-
ter ab eodez appellare. **E**t hoc praticatū
eſt in cōcilio pifano p̄ vtrūq̄ collegiorum
duar̄ obedientiar̄. **I**. **G**regorij ⁊ **B**indicti
ſic in ſuis obedieñijs nuncupator̄. **H**oc
tertiā praticatuz eſt p̄ quosq̄ reges ſe princi-
pes. q̄ ſe subtracterūt ab obedieñtia illorūq̄
quos iſti vel illi iudicabāt eſſe ſūmos pon-
tifices: q̄ tñ ſubtractōes approbatē ſunt p̄
ſacru. **L**onſtanſ. cōciliū. quedā expſie. que-
dam implicite vel equiuvalēter.

SQueret septimo et magis ad
hominem. quod cilium generale non
esset supra papam: vel iudex pape
legitimus. cuius oppositum deter-
minauit et praticauit sacra Constanti-
cium. **C**um enim processu est ad inchoandum
depositionem Jobanis. quousque fuisse ar-

ticul⁹ iste declarat⁹. sicut apparet et actis eiusdē p̄cili⁹. quoniā aliq̄ videban⁹ sup̄ h̄esitare. Constat aut̄ q̄ ab om̄i hominē qui habet legitimū superiorē iudicē/ siue sit vnuſ homo/ siue vna cōmunitas/ p̄t si rationabilis ⁊ vrgens imineat causa fieri appellatio ad eundē iudicē. Et si dicat put̄ aliq̄ fingere volūr q̄ p̄ciliū nō est su-
pra papā. nisi quādo est heretic⁹ seu deui-
us a fide/ in quo casu nō est mirum inqui-
unt si cōciliū sit supra talē papā. qz desinet
esse papa ⁊ est inferior omni hominē. ⁊ ira
nitūn⁹ etiā cuadere illā ineuasibilē xp̄i le-
gem. Si peccauerit in te frater tuus ⁊ c.

gen. Et peccatum in te mali illius. **C**Hoc breuiter ad p̄sens reuellic. Primo quia Johānes nō est accusatus vel cōuictus de heretica prauitate / et tamē sc̄ilicet vocavit et iudicavit ip̄m tanq̄ suū subdūtum. Unde et in toto pcessu vīcō post sc̄ientiā diffinitiū sue depositoīs reputatū est ab eodem sc̄ilio ver⁹ papa. **A**mplius nō est ver⁹ q̄ papa eo facto quo cadit in heresim p̄fertim latente/sit depositus a papatu. sicut n̄ est ver⁹ d̄ alijs ep̄is quēadmodū ista materia declarata ē alibi latius. Reducēdo hanc opinionē ad multiplex incōueniens/sicut ad incertitudinem ecclesiastice policie / et susceptōnis sacramentor̄. Et ad fauorabilitatē dānate doctrine Job. et vicleef/q̄ principaliter in nitibat tali fundamēto. q̄ null⁹ existens ī p̄cto morali erat papa vel ep̄s nec secrat̄ r̄c. Et qui bene p̄oderat causas reprobationis hui⁹ doctrine et vicleef in hac pte Ille vel similes cause concludūt q̄ peccatum heresis licet reddat vñ platum dignum depositione iuncta p̄tinacia. nō tamē reddit eū depositū eo facto. s̄ requiri tur hūana depositio. Sicut em nulla sanctitas quantūcumq; magna cōstituit alii quem in statu papali vel ep̄ali. n̄i per electionē humānā de lege cōmuni/ p̄tra op̄ionem et valdensiū. Ita nulla iniqtas remouet aliquē ab ep̄iscopali gradu vel papali de cōmuni lege/si nō interueniat humana depositio. **A**mplius tertio quo ad hoc argui. q̄ concilium sit iudex pape nō heretici. uno sancti. assignando casus multos in quib; alijs ep̄iscop⁹ ver⁹ papa poterit p̄ multos testes diffamari de heretica prauitate/ seu fautoria heresis. aut p̄ vehementes conjecturas ex operib; et cōuersatione diffamabitur apud multos et

Quod et quoniam liceat in causis fidei

graves populos quod non recte ambulat ad veritatem euangelij aut quod lapsus est in heresim iam damnata. aut quod nouam velut perfidie. cōstat quod existente generali concilio vel proxime fururo. poterit idem papa iudicia litteris cōpellere ut purget se. quod admodum exēplificatur est de petro. **D**icitur si nollet hoc facere. put facere noluit marcellinus sine accusatione sua de ydolatria. Nonne concilius possit sequenter ad deposito sue sententia procedere. **E**t si dicatur quod non est hereticus. Respondeat quod apud iudicium ecclesie ubi circa ea quod facti sunt fallere potest et falli. simile est iudicium de his que non apparent et que non sunt. **E**t per hanc manifeste fruola responsio dicentiū papam non subiici correctioni fraterne. aut iudiciali iusse a christo ubi prius. Si peccauerit tamen.

Sequitur octauo et ad hominem multiplex inconveniens in eis quod facta sunt et que adherentes predictae assertioni nullatenus existimandi sunt procedere velle. Et primo quod Iohannes olim viceimusterius reputandus est adhuc papa sicut prius. ita quod sanctissimus dominus noster papa Martinus non est legitime electus neque papa. **D**icitur idem dominus noster et suum collegium noluit ea quod conciliari ter facta sunt per factum Constantini concilii inviolabilitate obseruare. cum tamen oppositus idem dominus noster plures palam dicit. **D**icitur imperator non est confirmatus in imperio. **D**icitur grauius peccant attendentes predicta quod dant obedientiam domino nostro summo pontifici tanquam pape. Denique per diuinam iustitiam in concilio de materia heresis principue et principaliter. **D**enoniam in quadam constitutione que est verbo ad verbū ponit in actis concilij ipse cognatus fuit determinare quod nunquam licet est aut fuit facere subtractione ab eo neque ab aliquo vero papa fundans se in haec quod papa non habeat superius iudicium in terris. nec potest ab aliquo iudicari. Nec autem reputata fuit hereticalis constitutio et ita est plurimis inconvenientibus dicere.

Potest dimissis illis que sunt in facto circa iustificationem vel iniustificationem appellatio dominorum polonorum. Nam multa hinc et inde diversa immo aduersa et contraria videntur asserti. circa que theologici negotiū non versat. nisi per quanto sub regulis generalibus et autenticis darec-

ars. sicut et data est conuincendi aliquem de pertinacia et fautoria heretice prouitatis. Conuertat tandem inquisitor particulariter questionis circa ultimam particulariter suam quod sic habet. **N**ulli fas est tamen. Illius videlicet apostolicis sedis seu romanis pontificis iudicium in causis fidei. que tantum maiores ad ipsum et sed apostolicas deferendae sunt declinare.

Ent aliud sic dicitur quod minus ista particulariter reputatur sustinibile quam precedentem. qualificantes eam quod est palam hereticalis et tortu ecclesiastice hierarchie circa fidei defensionem seu observationem finaliter et resolutiū subuersiuia. **A**gitur autem fundare dictum suum in aliquibus propositionibus quas reputant catholicas veritates.

Prima ppositio.

A causis fidei iudicium inniti debet infallibili regule. sic per ultimus et supremus iudicium cui sententie necessario standum est tantum reverentiale. non sit a fide deuiniabilis. alioquin staret in casu quod hoies obligarentur ad sentire contra fidem.

Secunda ppositio.

A causis fidei non habet in terra iudicem infallibilis. vel quod non sit deuiniabilis a fide de lege communis propter ipsam ecclesiam universalem vel concilium generale eam sufficienter representans.

Tertia ppositio.

A causis fidei nullus particularis homo per suas determinationes per positionem non heretica facere heretica. sicut nec de catholicis non catholicis. ita nec papa nec episcopus proprius et vere loquendo possunt per positionem aliquam hereticare. Possunt tamen positionem aliquam quod videbant aliquibus non heretica declarare quod sit heretica. et haec iudiciale sicut doctores scholastici haec faciunt vel doctrinaliter. **E**t appellatur facere articulum diversimode tamen quod pape determinatio penalis extendit se ad omnes fideles. sed episcopalis tantummodo ad subditos suos. ut precise est episcopalis.

Quarta ppositio.

A causis fidei nulla determinatio iudicatur alicius episcopo immo nec pape solum precise ut est episcopi vel pape ligat fideles ad credendum quod ita sit de veritate fidei. sicut pretendit sua declaratio. quoniam tamen papa et episcopus deuiniabiles sunt a fide obligat tamen subditos sub pena excommunicationis talis determinatio. quod non dogmatizent oppositionem talis determinationis nisi appareat manifeste ratione repugnandi. vel per scripturam.

vel p reuelationē. vel p ecclēsie seu genera
lis concilii determinationē.

Quinta ppositio.

PA causis fidei sicut potest declinari iudicium ep̄i si appareat deuius a fide. et requiri iudicium pape sic de papa respectu generali concilij suo modo dici p̄t. Et hec est ad formam responsiva/sequens ex p̄missis. Juncto q̄ apud summum pontificē et ei⁹ sedē romāna p̄t esse quīq̄ raritas peritorum in sacris litteris/et i vera fide probatorum magis q̄ apd q̄sdā ex ipsis q̄ generalia habet studia sacre scripture et aliarū facultatū.

Sexta ppositio.

PA causis fidei illa causa dicit maior esse/nō que est de re maiori. sicut de trinitate et unitate personarum. q̄ que difficultas est et ambigua ad determinandum intra textū scripture. Ego. xviii. Deus. xviii. et. ii. Paral. xix. In quib⁹ fundantur canonēs dicētes q̄ cause maiores fidei sūt ad sedē apostolica referende.

Septima ppositio.

PA causis fidei poterit una causa dici maior apud aliquē ep̄m vel diocesim. q̄ apud alium ep̄m vel diocesum nō reputabili esse maior. vel ad superiorē sicut ad papam remittenda/q̄ scilicet apud talē ep̄m vel diocesim. ppter abundantiam theologorum causa talis nō reputabili difficultas vel ambigua. sed per sacram scripturā iam damnata vel approbata.

Octaua ppositio.

PA causis fidei nō minus aliquā occurredū est sive per ep̄m vel per summum pontificē sive p generale concilium/dū cernuntur orū scandala et errores crudeles et impii cōtra pacificū quietū cōpiani ppli. q̄ matime cōsistit in obseruatione mandatorum dei/et seruando iuramenta. et de nō interficiendo homines autoritate p̄pria. et de non p̄stanto ad usurā. vel de nō rapiendo. vel δ nō adulterando. q̄ dū insurgunt errores p̄tra aliq̄s de articulis fidei/q̄ numerati sunt in semibolo. **F**ormāt igit rationē suā qui p̄dicāt particulā impugnāt/iuxta ppositōnes p̄missas/p̄sertim iuxta q̄nq̄ primas. Fas est in casib⁹ cōclementib⁹ causas fidei declinare illi⁹ iudicium. q̄ reperiret deūt a fide. vel eis q̄ fidei sūt. cū suis cōciliarib⁹ ve hementer suspect⁹/p̄ apta signa nimie diffimulationis/vel acceptiōnis personarum vel aliunde multis modis. Sz loquendo

semp cū reverētia) staret aliquē summum pontificē cū suo collegio sic posse desicere circa ea q̄ fidei sūnt. quēadmodū petrus et alij apli defecerunt in passione. imo q̄ mi nus videre sicut petr⁹ deficiebat nec recte ambulabat ad veritatē euāgeliū. et rep̄hensibilis erat p̄t paul⁹ sibi restitut⁹ i faciē ac p̄inde declinabat ei⁹ iudicium/ergo fas est interdū sumi pontificis iudicium in cau sis fidei declinare. **D**ec autē dicta sunt vel argumentata magis ad veritatis inquisitionē. q̄ ad alicuius p̄sertim sanctissimi dñi Martini pape reprehensionē. attēto q̄ p̄stitutio sua quantū ad illa q̄ fundantur in facto. nō iacet sub theologica reprehensionē. **E**t q̄stum ad alia q̄ ius cōcernunt/sicut est p̄d ita p̄s excepta. Diceret benioli sui q̄ nō obstatib⁹ allegatiōbi⁹ oppositū. illā p̄t suscipere rationabile et vera interpretatōes. sicut recipiūt p̄stitutiones positivae/decreta inserte quib⁹ innitit. **S**ic intelligēdo q̄ nō est fas appellare a papa/vel ei⁹ iudicium in causis fidei declinare. nō quidez p̄ omni et in omni casu. Sz q̄n facit id qd in se est/et q̄n nō appars⁹ deūt a fide. sed ambulat recte ad veritatē euāgeliū/sine personarum acceptiōne. quēadmodū in p̄hemio et narratione sue constitutōis dicit esse faciēdū p̄ summum pontificē. et q̄ ita fecit affirmat. **H**ā p̄stitutiones et leges fm Aristotele ferunt vniuersaliter. quāvis in aliq̄ casu dabi li pati possunt instantiā. **P**orro dñs noster tollere poterit efficaciter suspicio nem sinistrā. que cōtra sanctitatem suā fieri posset/si dicta sua factis cōpenset/hoc est si sponte nullo inquirēte damnet doctrinam illā pestiferā et crudele p̄tra polonos cum similib⁹ et alijs. cu tali celeritate et rigore. qualē fidei materia vergēs i scanda lum et permiciē reipublice postulat et req̄rit. p̄cul abiecta quāvis acceptōe personarum

Finit tractat⁹ magistri Johis de Her son sacre pagine p̄fessoris ecclīj Quomo do et an liceat in causis fidei a sumo pontifice appellare seu ei⁹ iudicium declinare.

aa 2